Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31713
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



publice quodam remissionis obtentu. Quid ergo ego faciam cui
dispensatio uerbi credita est qui licet inutilis seruus sim. accepi
tamen a domino distribuenda familiae dominicae tritici mensuram. Sed uide
quid addit sermo domini. distribuenda in tempore tritici men
suram. Quid ergo faciam. ubi uel quando uerum tempus inueniam.
Plurimum ex hoc uitio pene totum mundanis occupationibus
teritur in foro. aliud in negociatione consumitur. alius agro. alio
tempore uacat ad audiendum dei uerbum. nemo aut pauci ad modum
uacant. Sed quid uos de occupationibus culpo. quid de absentibus queq
ror. Presentes etiam et in ecclesia positi. non estis intenti. fabulis communes et exusu fabulas teritis. et uerbo dei. uel lectionibus diuinis
terga conuertitis. uereor ne et uobis dicat dominus illud quod p
phetam dictum est. Conuertite ad me dorsa. et non facies suas. Quid
ergo faciam. cui ministerium uerbi creditum est. Que leguntur
mystica sunt. in allegoricis exponenda sunt sacramentis. Possumne
surdis et auersis auribus ingerere margaritas uerbi dei. Non
ita egit apostolus. Vide enim quid dicat Qui legem in quit legistis. legem non
audistis. Abraham enim duos filios habuit et cetera. quibus addit
que sunt allegorica. Numquid sacramenta legis eis apud quos neque
legunt neque audiunt legem. Sed legem legentibus dicebat. legem non
audistis. Quomodo ergo potero mysteria legis et allegorias quas ab
apostolo edoctus sum. apte et prudenter his quibus et auditio et lectio le
gis incognita est. Asperior fortasse uobis uideor. si non possim
lunare parietem lapsantem. Timeo enim illud quod scriptum est. Pseudo mis
qui beatificant uos seducunt uos. et semitas pedum uestrorum con
turbant. Tamquam filios meos karissimos moneo. Miror si
non dum uobis innotuit uia xpi. si ne hoc quidem audistis. quod non
est lata et spaciosa. sed arta et angusta uia est quae ducit ad uitam.
Et uos ergo intrate per angustam portam. relinquite peccatis latitudinem. Nox praecessit diesque appinquauit. ut filii lucis ambulate.
Tempus breue est. sup est. ut et qui habent tamquam non ha

186